

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Simonia f  
cum fonte primo

Sepe sinistra principia ad felices  
perueniunt exitus ut Iacob per  
supplantationem peruenit ad  
benedictionem ut fruges que leprosa  
manu seritur, munda tamen metitur  
ut ex adulterino concubitu pulcra  
soboles nascitur, sic et pecunia  
que per symoniam acquiritur,  
felicem exitum habet, cum pauperibus  
profutura erogatur, sed nichil horum  
symoniacis patrocinator.

Ieronymus in epistola et ponitur I.  
questione I.: Nunquam.

Gratian...*Item obicitur, quod etsi  
malum sit ecclesiastica emere, tamen  
sepe sinistra principia ad felices  
perueniunt exitus. Ut Iacob per  
subplantationem peruenit ad  
benedictionem, ut seges, que leprosa  
manu seritur, munda tamen metitur,  
ut ex adulterino concubitu pulcra  
soboles nascitur: sic et pecunia,  
que per symoniam acquiritur,  
felicem habet exitum, cum pauperibus  
profutura erogatur. Sed nichil horum  
symoniacis patrocinator.*

Gratianus, *Decretum*, 2, 1, 1, 24 (*Corpus  
iuris canonici* 1, A. Friedberg ed.,  
col.368-9).